

CANCELL.  
MARTIS B.  
1716.

IX. B 599

55.

*Sod*

~~D. St. IX. 2~~

~~XXVIII. 9. &~~















- I. De eo quod iustum est circa identitatem.
- II. De cimelia rebus summaris corumque liture. *Don Rijst Litter  
Kunig Cabinet*.
- III. De liture imaginum.
- IV. De liture Declarationis.
- V. De liture apostillae seu postscripti.
- VI. De libertate sententiorum libera.
- VII. De liture singulari circa rem alienam.
- VIII. De rheldis meritorius vulgo non domus Rijst Litter.
- IX. Sutura iuridice considerata.
- X. De liture apum *Don Brunn-Rijst*.
- XI. De eo, quod iustum est circa personas diversarum religionis.
- XII. De diversitate lapidum fikalium eorum questure. *Don  
Rijst Litter In Grunz-nne Elauet Rennet und Loun Et  
Engnus.*
- XIII. De eo, quod iustum est circa rectigalia.
- XIV. De liture limitum provincialium. *Don Rijst und Lame Grunz*.
- XV. De liture seminis.
- XVI. De eo quod iustum est circum tormenta bellicia. *Don Canones Rijst*.



- XVII. De bonis laudem in libris, non solum in Libris quibusdam.
- XVIII. de tute Praefationum.
- XIX. De iure liciti sed non honesti.
- XX. De voto informativo.
- XXI. De ioco.
- XXII. De eurematicis seu strata gematibus iuris. Non  
iuristi seu finibus
- XXIII. De tute tabularum.
- XXIV. de tute tabaci.
- XXV. de iure rerum, casuamissarum.
- XXVI. de iudicio fortunae.
- XXVII. de tute fontium, non Brunnen-Rest.





Q. D. B. 7.  
DISSESSATIO JURIDICA  
DE  
**JURE STABULORUM,**  
QUAM DIVINA ASSISTENTE GRATIA  
RECTORE ACADEMIÆ MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
**DN. GUILIELMO HENRICO,**  
DVCE SAXON. JUL. CLIV. MONT. ANGAR. ET WESTPH.  
ET RELIQUA  
DUCATUS ISENACENSIS HEREDE  
SUB PRÆSIDI  
ILLUSTRIS ATQUE EXCELLENTISSIMI  
**DN. CHRISTIANI WILDVOGELII,**  
JCTI CONSUMMATISSIMI,  
SERENISSIMI DUCI ISENACENSIS A CONSILIIS INTIMIS, CU-  
RIÆ PROVINCIALIS ET SCABINATUS ASSESSORIS, FA-  
CULTATIS JURIDICÆ SENIORIS, JURISPUBLICI, FEU-  
DALIS, CODICIS AC NOVELLARUM PROFES-  
SORIS ORDINARII,  
**DN. PATRONI AC PRÆCEPTORIS SUI ÆTA-**  
TEM DEVENERANDI  
Publico Eruditorum examini submittit  
A. & R.  
**HENRICUS MAURITIUS Olimpæ**  
Merseb. Saxo.  
*Ad d. Aprilis Anno Christ. M D C C X I I I.*

---

**JENÆ, Typis Mullerianis.**

D I S S E R T A T I O N E  
I U R I E S T A B U L O R U M

Q U A M D I V I A M P R A C H I T Y G A L A Y

R E C T O R E A C A D E M I E M A C H I N G E T T E R P O

S E C U N D A R I O A R C H I C H O R I C O D E A C O

D N . E U T H E L M O H E N R I C O

D A C E S A X O N I A C U M M O N T A N G A R I T A F A T H

R E T H I C O G R A

D I C E T A R S I E N A C E N S I S H E R F E S

S U B T R A C T O

M I M U L U S A T T A M E E C C E R I V A L A M I

D N C H R I S T I A N I M I D A O C E T I

I C T I C O N S U I M U L U S M I

S E R E N I S S I M U P R O C I T R I C H O C U R S A C O N S U I M U L U S C U

R I A S T O A N C I A T U S H I C C U R I N G A T S C E R S O R S E F E

C O U T A T I S H I R D I C E E N O N E T H I R S T H I C E H I

D O H E C O D I C S T O M S H I T H I R S T H I C E H I

S O R S O L I A R A N I

D N P A T R I O M A C T I F F I O N S E T T E T A

T H A P A N I M A C A

T H I C K I T H I C I O N S H I C C U R I N G A T S C E R S O R S E F E

A U S

H E N R I C U S M A R H I T I N G C U L I N G

M O D I F I C A T I O N S H I C C U R I N G A T S C E R S O R S E F E

M O D I F I C A T I O N S H I C C U R I N G A T S C E R S O R S E F E

T H I C K I T H I C I O N S H I C C U R I N G A T S C E R S O R S E F E





DOMINE  
VIRO  
ILLUSTRI ET EXCELLENTISSIMO  
DOMINO  
**JOHANNI GLIMPERO,**  
HEREDITARIO IN NIEMITSCH,  
SERENISSIMO DUCI SAXO QUERFURTensi  
A CONSILIIS INTIMIS, NEC NON RERUM,  
UTI VOCANT, CAMERALIUM PRÆSIDI,  
PARENTI OPTIMO,

Exiguum hoc studiorum specimen

d. d.

*Filius obsequentissimus*

HENRICUS MAURITIUS GLIMPER.

DOMINE,  
ILLISTRIS ET EXCELLENTISSIME  
PARENS

SUBMISSE DEVENERANDE,

JOHANNI CLIMPERO.

**N**on auderem ego exiguae basce pa-  
ginas ILLUSTRI TUO consecrare  
NOMINI, quippe quarum tenui-  
tas neutiquam meretur, ut iisdem  
EXCELLENTISSIMUM TUUM præponatur  
NOMEN. Attamen, cum me ipsum, & quæ  
habeo, omnia TIBI debere sciam, hoc quoque,  
quale sit cunque studiorum meorum specimen,  
illi, cui maxime debetur, videbatur mibi esse  
addicendum. Viginti jam præterlapsi sunt an-  
ni, PARENS PIE AC DEVOTE DEVENE-  
RANDE, quibus, (ut a primis vitæ suspiriis  
imo, a primis, ut ajunt, cunabulis TUA in me col-  
lata beneficia enumerem) omnes eas in me con-  
tulisti curas, omnia ea beneficia, quæ, an omnes  
parentes, etiam si valerent, in liberos sint col-  
laturi, ego quidem dubito ; Ideo, cum locus &  
tem-

tempus prius mibi quam materiam defcceturum  
 sentio, si eximia Tua eaque innumera in me colla-  
 ta beneficia rite depradicare instituerem ; il-  
 lud saltem adbuc publice jam confiteor, trienni-  
 um jam dum esse effluxum, quo in Academiam  
 mibi cum fratre natu majore missō, cuncta ea  
 largiter, imo effuse, exhibuisti, quæ ad addiscen-  
 da bona studia fuere necessaria. Per illud tem-  
 poris spatium, quibus me non beneficiis adfec-  
 sti, sed profecto accumulasti, anxia ego semper  
 meditatus sum mente, quo ego potissimum gra-  
 tum meum & obstrictissimum animum erga TE,  
 PARENTS, SUBMISSE COLENDE, declara-  
 rem. Et cum tandem vel ad aliquam, ne dicam  
 plenam, beneficiorum TUORUM remuneratio-  
 nem plane me sentirem invalidum, id saltem pu-  
 blice depradicare animum induxi, quid PAREN-  
 TI OPTIMO debeam, quid præstare nunquam  
 capax satis sim futurus. Perago id exigua  
 bac dissertatione, qua, dum eam TIBI sacram es-  
 se jubeo, publice quidem demonstro, quam ego  
 sim cupidus Tua eximia beneficia vel aliquo mo-  
 do remunerari, quam vero bac renumeratio sit  
 debilis, quamque infirma, ego ipse confiteor, &  
 quis est qui non videt ? Quare buic pientissimæ

¶ (o) ¶

dedicationi has adhuc maxime addo preces, ve-  
lis illam pro more TUO, hoc est, benigne ac se-  
rena fronte, suscipere, meque paterno TUO favo-  
re & benevolentia porro dignari. Id denique  
in primis simul in votis habeo, ut Deus T. O. M.  
Tibi in TUA jam ingravescente etate, animi ac  
corporis vires ita augere ac corroborare velit, quo  
non nisi sera TUISque nepotibus nota sit illa di-  
es, que TE cœlo reddet, id quod indefessis a  
DEO precibus impetrare allaborat

PARENTS SUBMISSE DEVENERANDE

TUI

Dabam Jen. ad d. 11.  
Martii 17'3.

obsequentissimus filius

HEINRICUS MAURITIUS GLIMPER.



DISSERTATIO JURIDICA  
DE  
**JURE STABULORUM,**  
CAPUT I.  
CONTINENS NOMINIS NOTATIONEM.

CONTENTA HUIUS CAPITIS.

Methodus tractandi totius Dissertationis. §. I. Etymologia vocis stabuli, quod derivatur a stando §. II. Synonymum est stallum §. III. Quoad Homonymiam interdum sumitur pro diversorio §. IV. Interdum pro loco in choro. §. V. Nonnunquam pro lupanari, quod apud Romanos vocabatur stabulum meritorium. §. VI. Hoc nonnulli derivant a merendo. §. VII. Subjungitur definitio stabuli proprie sic dicti. §. VIII. Questio, an stabula ad prædia urbana vel rustica referenda sint? movetur. §. IX. Differentia prædiorum secundum l. 198. ff. de V. S. non ex loco, sed ex materia videtur esse petenda. §. X. Communis D.D. circa hanc questionem opinio §. ultima adjicitur.

§. I.

## §. I.

Um, annuente Deo, de stabulorum jure quædam differere constitui-  
mus, non commodius hoc the-  
ma arbitramur posse tractari,  
quam si in tres illam dispescamus sectiones, in  
prima harum acturi de ratione ac derivatione  
vocis stabulorum: secunda de jure persona-  
rum ad stabulum pertinentium: Tertia, de  
actionibus occasione stabulorum competen-  
tibus.

§. II. Ut igitur mori in conscribendis di-  
sputationibus hactenus recepto atque solemnii  
quid indulgeamus, insimulque rem ipsam ex-  
plicemus felicius, statim præmittimus quædam  
de notatione vocis stabuli. Hoc autem a stan-  
do originem traxisse, nemo fortassis vocabit in  
dubium, qui secum perpenderit, quod stabu-  
lum generaliter sumtum, nil sit aliud, quam  
statio quædam aut locus ubi stat armentum.  
Græco idiomate vocatur *σάρις*, quæ proprie  
consistentiam denotat, & descendit a verbo *ἰσηνι*  
vel *ἰσάω*, *statuo*, *facio stare*. vid. Illustris at-  
que Excellentissimi Domini Præsidis *Electa Ju-  
ris*

ris Decad. 2. Elect. 3. & Tabor. Racemat. Criminal. VI. ad Tit. ff. Naut. Caup. Stabul.  
§. 9.

§. III. Circa Synonymiam huius vocabuli non est quod operose laboremus, cum nullum invenire liceat aliud Synonymum, quam *stabulum*. Quæ vox, licet apud probatores Lætitatis scriptores non reperiatur; tamen infima latini sermonis ætate fuit recepta & a jure canonico approbata. vid. itidem Illustris atque Excellentissimus Dn. Præses loco allegato.

§. IV. Ad Homonymiam quod attinet, stabulum frequentius sumi solet pro πανδοχεῖῳ vel παταλύματι, id est diversorio & hospitio communi. Extat hoc *Luc. X. v. 34.* ubi πανδοχεῖον nil aliud significat, quam cauponam. Probabilis enim est conjectura, vulneratum illum, de quo in hoc capite sermo est, in diversorium potius, quam in armentorum stabulum fuisse delatum. Quod & interpres Græci ita explicant. Tabor tamen c. l. contendit cum Cl. Salmas. c. XII. d. Usur. confundi stabula cum cauponis, & distinguit cum Neratio JCto in l. 4. §. 1. in quibus causis pign. inter stabula, quæ sunt

sunt in continentibus ædificiis, & ea, quæ a cæteris ædificiis sunt separata. (a)

§. V. Nonnunquam refertur hoc vocabulum ad sedes canonicorum in templo, & exprimitur per verbum *stalli in choro*, (stabulum quippe contractis litteris dicitur *stallum*, germ. *ein Stall*) quod est locus Canonicorum in ecclesia, quo, dum divina faciunt, consistere solent. conf. omnino *Electa supra laudata p. 91.* Imo stallum a stando derivari, exinde constare videtur, quod Canonici in suo stallo, *Kirchen-Stand* / una quasi serie stant & ordine.

§. VI. Huc referri quoque potest stabulum meritorium, quo lupanar denotatur, ita dictum, quod meretrices venales ibi stent, secundum illud Ovidii *Lib. I. Amor. Eleg. X. v. 21.*

*Stat meretrix certo cuivis mercabilis ære.*  
Aut quod ante stabulum stent, impudicum quæstum diurnum atque nocturnum corporibus suis facturæ. V. DD. apud Dietherr. *in Continuat. Thesauri Besold.* verbo *Stall.*

§. VII. Alii malunt stabula meritoria derivare a merendo, (b) quia eorum domini seu

exer-

---

(a) add. Petr. Peck. *Comment. ad rem naut.* p. 12. sq.

(b) vid. Calvinii *Lexicon jurid.* sub voc. *meritoria.*

exercitores ea cuilibet pro mercede locaverunt,  
 atque exinde certum quæstum meruerunt. Vo-  
 cabulum enim *Meritorium* generaliter acce-  
 ptum quam plurimis applicatur rebus: sic dan-  
 tur *balnea* (a) *meritoria*, *fullonica meritoria*, (b)  
 ut taceam illos pueros impios & impudicos  
 apud Romanus, qui quoque præstiterunt &  
 turpisimum corpore suo quæstum fecerunt.  
 (c)

§. VIII. Exposita ergo uberioris derivatione  
 nominis stabuli, a scopo nostro non erit alien-  
 um, tradere paucis, quid proprie loquendo  
 nobis sit stabulum? Adeoque hanc proponi-  
 mus ejus definitionem: Stabulum est ædifici-  
 um, aut locus quidam, ubi jumenta & quævis  
 animalia rationis expertia, vel pro certa merce-  
 de, vel etiam proprii usus causa stare (d) aut  
 stabulari permittuntur. (e) Ex qua definitione  
 evidentissime appetit discrimen stabuli a cau-

B 2

pona.

(a) v. l. pl. §. *balneas, de legatis*. 3.(b) v. l. 13. §. ult. ff. d. *Usufructu.*(c) Cic. *Orat. Philipp.*(d) Græce dicitur *ἱπποστάσιον, ὀνόστάσιον*, cuiusmodi sta-  
 bula fere cauponis adjuncta & utraque ab uno  
 excentur, Vinnius *ad Peck* p. 13.(e) v. l. 1. §. *Caupones* 5. ff. *Naut. Caup. stabularii.*

pona. In hac quippe etiam homines, ceu animalia ratione prædita, recipi solent, & ideo interdum mansio hominum (a) audit.

§. IX. Cæterum haud injucundum fore lectoribus autemamus, si, antequam huic capiti de notatione vocis stabuli, ultimam imponamus manum, adhuc breuibus examinemus insignem illam quæstionem, utrum ad urbana an ad rustica prædia, stabula sint referenda? Juris Civilis leges hac de re aut plane silent, aut dubitant, expresse nihil de illa disponentes. Etenim I Ctus in L. 4. §. 1. ff. in quib. caus. pign. vel hypothec. &c. de stabulis, quæ non sunt in continentibus ædificiis, dubitat, in quorum prædiorum numero hæc habenda sint; & illa tantum stabula, quæ a cæteris ædificiis separata sunt, referre videtur ad prædia rustica. Dilucidiores stabulorum differentiam suppeditit nobis l. 198. ff. de U. S. ubi Ulpianus non solum omnia ea urbana prædia vocari dicit, quæ sunt in oppidis, sed & si forte stabula sint, vel alia meritoria in villis & in vicis, vel si præatoria, voluptati tantum deservientia, illis an-

nni-

---

(a) v. Illustris Baronis de Lynncker. *Dissert. de Receptis apb. 1.*

numerat, quia urbanum prædium non locus facit, sed materia, add. argum. l. 166. eod. tit. ubi *Urbana familia & Rustica*, non loco, sed genere distinguitur.

§. X. Ex allegata idcirco *lege 198. de U. S.* haud inconcinne colligere liceret, distinctionem stabulorum in urbana & rustica prædia, non ex loco, sed ex materia, ex qua constructa sunt, esse petendam, ideoque stabulum lapidibus, quamvis in pago, exstructum, inter urbana prædia, e contrario illa stabula ad rustica prædia pertinere, quæ ex luto & ligno sunt conglutinata, quamvis in urbe aliqua prostent.

§. XI. Alia tamen hodie Doctorum de differentia stabulorum est sententia. Struvi us enim (a) cuius sententiæ etiam nos calculum adjicimus, stabulorum differentiam ab usu urbano aut rustico dependere asserit. Bachovius equidem & Vinnius, inde potius prædiorum differentiam desumendam esse existimant, quod omnia ædificia urbana, agri vero, rustica prædia sint, innixi §. 1. f. de servit. *Præd.* ubi expressis dicitur verbis: *Omnia ædificia urbana prædia appellamus, etsi in villa, (h. e. ruri)*

---

(a) in *Evolut. Controversiarum, Exerc. 13. m.s.*

ædificata sint. Speciosum sane argumentum, ast facilime potest refelli, si ædificia omnia limitentur, & subintelligantur ædificia ad inhabitandum aut pensionem recipiendam parata.

(a) Stabulorum denique differentiam ab usu dependere, & pro diversa, quam præbent, utilitate modo urbanis, modo rusticis prædiis esse annumeranda, placuit Excellentissimo Domino præsidi (b) cui, ut hodiernæ praxi maxime convenienti sententiæ, hinc merito adhæremus.

## CAPUT II.

### DE JURE PERSONARUM AD STABULA PERTINEN- TIUM.

#### CONTENTA HUIUS CAPITIS.

Connexio cum capite priori §. I. Personæ, quarum in hoc capite mentio fit, stabularii vocantur §. II. Stabulariorum Definitio §. III. Stabularii olim improbum hominum genus fuerunt §. IV. frequenter sub stabulariis, caupones audiunt. §. V. etiam Insitores sive die Stallknechte. §. VI. etiam hippocomi die Stallmeister. §. VIII. hæc antiquis & recentioribus tem-

pori-

---

(a) Conf. itidem B. Struv. loc. cit.

(b) Conf. ejus sæpe laudata Electa. p. 91.

poribus dignitas fuit magni semper habita, non tam olim hereditaria. §. VIII. hodie hereditaria est & penes Principes Schwartzburgicos residet. §. IX. Quæstio, an cuilibet licitum sit adificare stabula, proponitur §. X. Respondetur ad hanc questionem §. XI. quibus casibus prohiberi posse plurimum stabulorum adificatio §. XIII. Referri buc potest, si quis habet Erbschenke stabulum seu cauponam hereditariam §. XIV. Stabularius insignia privilegia dederunt legum latores §. XV. Gaudere imprimis privilegio prelationis dicuntur, & Besoldi adducte Leges probatorie refutantur §. XVI. Coleri de hoc privilegio sententia §. XVII. Gaudent etiam privilegio retentionis illi stabularii, qui stabula ad urbana prædia pertinentia exercent §. XVIII. Probatur ex variis jur. Civ. locis §. XIX. Modice tamen his privilegiis uti debent, exemplum recensetur ex Servin. ubi malum effectum hoc retentionis jus habuit. §. XX. an stabularii inviti teneantur recipere jumenta & viatores? §. XXI. an contagiosos, sceleratos, relegatos & bannitos? §. XXII. an illi actione de recepto teneantur, qui in nundinis mercatores, nec non illi, qui in Academiis studiosos recipiunt? §. XXIII. questio movetur, an aurigae actione ex delicto teneantur, & rationes pro sententia affirmativa adducuntur §. XXIV. Rationes pro negativa sententia §. XXV.

## §. I.

**P**ostquam in præcedente capite de notacione vocis stabuli actum fuit; proximum est

ut

ut de iis personis nunc dispiciamus, quæ ad stabula potissimum pertinent, & in illis occupantur.

§. II. Et has quidem stabulariorum nomine insigñiri, res est per se clara, in variis quippe Juris Civilis locis ita appellantur. Ulpianus testis loco esse potest, (a) dicens: Stabularios eos accipiemus, qui stabulum exercent. Et Gajus ita sententiam nostram confirmat: (b) stabularius, (sc. mercedem accipit) ut permittrat jumenta apud eum stabulari.

§. III. Prout igitur ex L. L. modo allegatis stabulariorum definitio facile componi potest; ita illam adhuc adjiciam, quam excellensissimus Dominus Lauterbach in *Disputatione sua Synoptica ad Tit. ff. Naut. Caup. Stabul. &c.* §. IV. suppeditat, ita stabulorum exercitores definiens: Stabularii appellantur, qui quotidiani lucri causa stabulum exercent, eo jumenta, ut ibi stabulentur, recipiendo: quo cum Tabor in Racematione VI. Crim. ad Tit. ff. furti adversus naut. Caup. & stabul. in princ. §. IX. consentit.

#### §. IV.

---

(a) l. i. §. 5. ff. Naut. Caup. Stabul. ut recepta restituant.

(b) L. 5. d. t.

§. IV. Hos tamen malitiosum olim hominum genus fuisse, & ideo pesime audisse apud Romanos, vel exinde patet, quod ad coercendam horum malitiam, Prætor peculiare de Receptis edictum promulgare coactus fuerit (a) Quid? quod Ulpianus ipse dicat, hanc ob causam inductam esse a Prætore hanc actionem honorariam, ut innotesceret, Prætorem curam agere reprimendæ improbitatis hoc genus hominum. (b) Imo coivisse eosdem cum furibus adversos eos, quos receperant, adeoque de genere latronum & furum esse, tunc temporis stabularios, credebant. (c)

§. V. Verum enim vero, cum hi melioris fidei & famæ hodie esse soleant, in antiquorum stabulariorum malitiam anxie non inquireremus. Id tamen adhuc monere consultum ducimus, sub stabulariorum nomine frequenter etiam caupones intelligi, ad exemplum stabulorum, quæ pro cauponis sæpius quoque fuerunt usurpata, prout in superiori Capite §. 4. fuisus ostendimus. Hinc eorum jura ma-

---

(a) vid. l. i. pr. ff. Naut. Caup. stabul. &c.

(b) L. 3. §. 1. ibid.

(c) L. 1. §. 1. cit. loc.

ximam partem cum stabulariorum conveniunt, imo ex eadem ratione stabularios cum cauponibus Imperatorem in uno eademque titulo conjunxisse, videtur.

§. VI. Stabulariorum nomine porro etiam ipsorum exercitorum institores, seu famuli conductitii, **Stallknechte** / non raro continentur secundum Ulpiani verba (a) qui ita dicit: stabularios eos accipiemus, qui stabulum exercent, *institoresve* eorum.

§. VII. Cum vero sub stabularii vocabulo nonnunquam *hippocomum* seu equi magistrum, einen **Stallmeister** / intelligi velint; non plane inconcinnum nec lectu injucundum fore speramus, si accuratiori trutina mentis & debita brevitate perpendemus, quæ circa istum occurrunt notabilia. In genere autem hippocomus eum denotat, qui equis principis & eiusdem stabulis curandis præst. Equestris illum plerumque esse ordinis, ipsique justitiæ administrationem committi in eos, qui contra stabulariorum leges peccant, etiam quæ de ejus præcedentia, officio & aliis proprietatibus notanda veniunt, recenset illustris atque excellen-

tis-

---

(a) §. 5. Legis 1. Tit. Naut. Caup. &c.

tissimus Veit Ludewig von Seckendorff/ im  
deutschen Fürsten-Staat p. 3. §. 17.

§. VIII. Non vero antiquis tantum tem-  
poribus hippocomi munus apud Germanos in  
magnō semper habitum fuit honore ; sed  
& hodie Archihippocomi Imperii dignitas,  
des heiligen Römischen Reichs Erz-Stall-  
meisterschafft / in Germanico Imperio obti-  
net, atque inter familias illustrissimas, imo &  
serenissimas, quānam istam potiori jure insigni-  
bus & titulis suis inserere queat, disceptatur.  
Olim quidem hæc dignitas hereditaria non  
fuit, sed ante & post Caroli Magni tempora,  
varios e variis illustribus domibus, illustri  
hoc munere fuisse functos, certum est. No-  
tantur in primis Eporedius, Cupanus, Leu-  
dasta, Leudigisius sive Landi, Rudolphus  
Stromburgensis aliique plures. (a)

§. IX. Recentioribus vero temporibus  
hereditaria facta est hæc dignitas, & primum  
quidem apud dynastiam Leutenbergicam fuit,  
hinc vero ad Schwärrzburgicam domum per-  
venit. Indicia hujus rei præter insignia furcæ

C 2 &

---

(a) conf. D. Leonh. Wurffbein. *Relat. Histor. Part. VI.*  
p. 146.

& pectinis minio tinteti, quibus ducalis hæc familia gaudet, nulla habemus. Ceterum cum alii inveniantur, qui Archippocomi dignitatem non a dynastia Leutenbergica, sed a Comitibus Kevernburgensibus, ad domum Schwvartzburgicam translatam autument, omnino hac de re conferri meretur Excellentissimus Burcardus Gotthelfius Struvius. (a)

§. X. Nostrum nunc porro est, ut eorum etiam personarum jura potiora, non omnia, ob nimiam prolixitatem, recensemus, quæ ad stabula pertinent. Non immerito autem illam quæstionem ventilandam primum in aream producimus, an cuilibet licitum sit ædificare stabula, in primis si per ejus modi nova opera alterius lucrum diminuatur, qui ante hac per plures annos solus stabulum exercuit?

§. XI. Quamvis autem de stabulis in Jure Civili nullam expressam inveniamus legem; neutquam tamen aliæ desunt, quarum argumentis ad hoc problema concludere possumus. Ratio probans in genere hæc est, quod cuilibet in suo ædificare liceat, etiam cum da-

mno

---

(a) in Syntagmate Jurispublici Dissert. IX. de palat. & officiis Palatin. §. XXXVIII.

mno vicini. (a) Sic enim Marcellum ita scripsisse, refert Ulpianus (b) cum eo, qui in suo fodiens, vicini fontem avertit, nihil posse agi, nec dolo actionem dari. Honorius quoque & Theod. Impp. volentibus permittunt, mura- li ambitu fundos proprios, seu loca sui dominii constituta vallare. (c) Cum ergo ex hisce LL. pateat, cuilibet permisum esse, in suo solo ædificare quodlibet, etiam cum damno alterius, quidni etiam stabula? Atque hoc pluribus adhuc legum argumentis probari facile posset negotio, sed brevitatis studio lectorem benevolum statim remittimus ad Resolutiones Juridicas Jenenses Perillustris Baron. de Lyncker Centur. VII. Resolut. 613. p. 1123. Add. Gaillii Observat. Practicae loco allegato §. 13. ad finem.

§. XII. Quæ modo diximus, firmo quidem stant fundamento; sed cum nulla regula exceptione careat, nec hic deficient exceptiones, quibus generaliter dicta limitantur. Hinc, si cui privilegio quodam principis stabulum exercere

C 3

con-

(a) L. 10. Cod. de ædificiis privatis.

(b) Conf. Lauterb. Disp. Synopt. ad Tit. Naup. Caup. stabul. §. 5. Gail. L. II. observat. 69. n. 8. ad. 12. incl. Speid. Spec. voce Wirth p. 1367.

(c) L. I. ff. §. 12. de aqua & aquæ pluvia arcenda.

cessum fuerit, hac adjecta clausula, ut ibi locorum nemo præter illum tali jure utatur, omnino tunc alias poterit prohibere, ne stabula usus proprii gratia exstruant. Idem obtineret, si quis per longum tempus jus prohibendi exercerit, aut in quasi illius fuerit possessione, de quo casu ita Ulpianus disponit (a): si quisquam in fluminis publici diverticulo solus pluribus annis piscatus sit, alterum eodem jure prohibet. Videatur. Berlich. *Dec. V. n. 4.* qui una cum legibus allegatis evolvi meretur. Adjicit his loco citato responsu[m] quoddam Scabinatus Lipsiensis de hac materia, quod cum ad pleniorum intellectum hujus rei multum faciat, non immerito hic adponimus, ita vero se habet: Hat sich G. N. unterfangen aus seinem Hause ein öffentlich Gasthaus zu machen/ und allerley Reisende in und zwischen denen Märkten zu beherbergen; Ob nun wohl einem ieglichen sein Haus seines Gefallens zu brauchen und bürgerliche Nahrung zu treiben freystehet; Dieweil ihr aber/euern Vorgeben nach/ mit einen sonderbahren Privilegio begnadet / und dasselbe über

---

(a) vid. L. 7. ff. de diversis temporalibus prescriptionibus.

bei Rechtsbewehrte Zeit gebrauchet: So werdet ihr billig dabey gelassen / und mag euch zum Nachtheil gedächter G. N. aus seinem Hause kein öffentlich Birthshaus machen.

**B. N. W.** § XIII. Argumento porto legum & rationum alii casus dantur, quibus plurimum stabulorum ædificationem prohibere potest stabularius, v. g. si diversiorum & stabulorum tanta in civitate jam existat multitudo, ut antiqua, hoc novo perfecto, consistere nequeant, sed utraque concidere necessum sit: item, si novum hoc ædificium potissimum ad æmulationem, zum Schabernack / & eum in finem extruantur, ut quis per hoc vicinis noceat, non vero ad sui proprium emolumentum, hic enim dolus nullo jure est permittendus. (a)

§. XIV. Ob affinitatem materiæ hue referri possunt caupones hereditarii, germanice die Erbschenden / de quibus pari gaudentes privilegio fusiis egit VValter. de Jure Metator. Cap. VI. §. 28. & Lindenspur ad Ord. Polit. VVirtemberg. p. 136. tb. 8.

§. XV. Quemadmodum vero secundum

(a) v. iid. Lynck. Resol. 613. p. 1124.

dam Klockium (a) publica & privata utilitas postulat, ut hospitia & stabula constituantur, & cum caupones ac stabularii ejusmodi diversoria & stabula sine magnis impendiis exstruere non possunt; imo, cum itidem publica utilitas suadeat, ut ipsis sine mora satis fiat pro expensis in utilitatem viatorum factis, ne postea tædio non acceptæ solutionis alios advenientes non suscipiant, ut de multis ac frequentibus deceptionibus taceam, quibus a peregrinantibus caupones inique adficiuntur: variis insignibus privilegiis hæc incommoda compensarunt antiqui & recentes legumlatores.

§. XVI. Gaudere ita in primis prælationis jure caupones, Besoldus putat. (b) Producitis loco infra recensito *l.interdum. 5. & l. seq. ff. qui potiores in pignore.* Nos vero illam legem minus adæquate ad decisionem hujus quæstionis allegari, nec rem probandam probare, opinantes, ad dilucidiorum rei explanationem ipsa legis verba opponamus. *Interdum, inquit Ulpianus loco citato, posterior potior est priori,* ut

(a) vid. ejus trattatus de arario Lib. II. cap. 57. n. 2.

(b) conf. Besold. *Theaurus Practicus* p. 293. in Addit. voca  
buli, Zeit.

utputa si in rem istam conservandam impensum est, quod sequens credidit; veluti si navis fuit obligata & ad armandam eam rem, vel resciendam ego credidero. Quis quæsio ex hac lege aliquam prælationem probare posset? Eo quidem casu hoc obtinet, si quis ad ædificandum vel reficiendum ipsum stabulum quid crediderit, neutquam vero de prælatione stabularii quoad debitum hospitis loquitur, wenn man auf Conto oder Kerbholz holen lassen; nec per consequentiam hæc lex eo trahi potest, quocunq; demum modo sensus ejus torqueatur. Haud dispar est ratio legis allegatæ sequentis, ubi cibarium navis, pars eius necessaria dicitur, quia sine hujus impletione navis viam propositam perficere nequit, quod plane hic non quadrat.

§. XVII. Nihilominus clarissimus ille  
quondam Jctus Jenensis, Matthias Colerus  
prælationem aliquam cauponibus adjudicare  
non dubitat, (4) quando loco & numero infra al-  
legato, caupones & similes personas gaudere pri-  
vilegio prælationis præ omnibus aliis creditorib-  
us, dicit; sed etiam hic ad theseos suæ probatio-

D nem

(a) in tractatu de processu executivo Part. I. Cap. II.  
num. 251.

nem leges superiori §. adductas allegat. Cuius ipsius autoritati plus demum confidendum videtur, quam debili argumentationi ex L. V. desumptæ.

§. XIX. Firmiori autem stat tali privilegium retentionis, quo stabularijs, nec non cauponibus, tot res vel bona, imo jumenta viatorum detinere licet, quot sufficiunt ad solutionem impensarum, quas, secundum Colerum loc. cit. n. 249. Escotum vocant. Et Hahnus quidem hoc privilegium consuetudini tribuit, (a) ut scil. hospes activus aut caupo habeat ius retinendi propria autoritate equos, currum & alias res apud se divertentis, donec de solutione fuerit satisfactum. Add. Besold. (b) & Accursius in notis ad §. 1. §. 4 ff. in quib. caus. pign. vel hypoth.

§. XIX. At vero non illud consuetudine solum, sed & scripto jure valere puto: Sufficit enim hoc privilegium Neratius (c) ita loquens: Eo jure utimur, ut quae in praedia urbana inducta, illata sunt, pignori esse credantur,

(a) in tract. de Jure rerum Cap. VI. n. 2.

(b) in thesauro Practico voce Geist ibique Diether. & Richt. Dec. 77. n. 43.

(c) Lib. IV. ff. in quib. caus. pign. vel hypothec. tacite contr.

tur; quasi tacite convenerit. Non minus L.  
 §. C. de locato conducto sententiam nostram va-  
 lide confirmat, & non consuetudinis solum, sed  
 certi etiam juris hoc cauponum & stabulario-  
 rum privilegium esse, his verbis afferit: Certi  
 juris est, ea, quæ voluntate dominorum coloni  
 in fundum conductum induxerint, pignoris  
 jure dominis prædiorum teneri. Et licet Ne-  
 ratius jam allegato loco, contrarium in rusticis  
 prædiis observari velit, ad causam tamen taciti  
 pignoris, illa non multum ab urbanis prædiis  
 differre fatetur. (a)

§. XX. Privilegiis tamen modo dictis  
 caupones & stabularii ita uti debent, ut ne o-  
 mnem humanitatem exuant. Inde summi ini-  
 quitatis erat arguendus ille caupo, qui apud  
 Servin. (b) eodem detentionis jure usus tem-  
 pore hyberno contra viatorem, cui, quia sol-  
 vendo non erat, detraxerat vestem, qua exu-  
 tus miser ille viator abibat & in itinere nimio  
 frigore correptus & ab omnibus derelictus, pe-  
 ribat misere. Ast quæstio inde exorta est vexa-

D 2 ta,

---

(a) Conf. omnino Colerus loco supra allegato n. 249, &  
 seqq.

(b) Tom. II. des Playdoy p. 398.

ta, utrum hoc casu de mortuo caupo teneatur, nec ne? Negativa videtur esse probabilissima, tum, quod nulla perfecta in caupone deprehendatur obligatio, quæ ipsum ad viatorem diutius alendum adigeret, tum, quod nulla neque directa neque indirecta intentio mortem inferendi adfuisse credatur. Accedit, quod ignoraverit caupo, tam debilem hujus viatoris esse naturam, imo incertum fuerit, an non etiam hac veste induitus sit periturus, unde & sequentem in modum a curia Gallicana judicatum perhibetur apud Servin. loc. cit. La Cour à mis & met l' appellation au néant, & ayant aucunement esgard à la requeste de l' appellant, & y faisant droit pour la rigueur par lui tenue au defunct, l' a condamné & condamné aumosner aux prisoniers de la conciercerie du Palais la somme de dix Escus sol. Ce fait, sera elargy Enjoant aux hostes de garder l' hospilité & charité chrestienne.

§. XXI. An vero stabularii equos & jumenta teneantur recipere inviti? in eo Doctores æque non conveniunt. Qui id negant, argumentum probatorium desumunt ex verbis

Ulpia-

Ulpiani, (a) qui in ipsorum arbitrio esse dicit,  
 ne quem recipient, ideoque receptionem non  
 posse stabulario a magistratu injungi existimant.  
 Sed illi, qui quæstionem affirmant, & in his  
 præprimis Mevius (b) ita ad hanc legem respon-  
 dent: publicum diversorum qui exercet, te-  
 netur etiam invitus quoscunque peregrinos  
 cum suis equis recipere, eoque a magistratu  
 potest cogi, nisi justam non recipiendi causam  
 habeat. Quod enim JCtus in l. 1. ff. pr. Naut.  
 Caup. & stabul. habet, quod in ipsorum ar-  
 bitrio sit, ne quemquam recipient, pertinet ad  
 principium professionis, quam recipit, libe-  
 rum; ubi semel receperunt & publicam cau-  
 ponariam exercent, necesitas recipiendi eis  
 incumbit. Et hæc Mevii sententia expressa  
 lege fundata est; Ulpianus enim (c) stabulari-  
 um non posse repellere viatores, dicit. Si-  
 gno igitur appenso, vel alio modo declarata  
 voluntate, hic se ad omnium hospitationem  
 obligavit, (d) & quod ab initio erat volunta-

D 3 tis,

(a) §. 1. L. I. Naut. Caup. stabul.

(b) Part III. Dec. 63, n. 1.

(c) leg. unica §. 6. Furti adversus Naut. Caup. &c.

(d) Tabor. 7. racimat. crim. §. 18.

§ (30) §

tis, postea necessario exequi tenetur. (a)  
§. XXII. Ut ergo jam diximus, cogitur stabularius sive caupo quemlibet recipere etiam invitus. Quare nunc posset, an igitur etiam contagiosos, sceleratos, bannitos atque relegatos is necessario teneatur recipere? Et ad hoc quidem neutquam teneri cauponem sive stabularium, existimo. Hæc enim, quæ antecedente §. diximus, nimirum tunc demum stabularium non teneri recipere viatorem, si justam excusationem & rationem habeat, omnino hic attendenda veniunt: haud vero justiorem stabularius habere potest excusationem, quam si utilitatem publicam opponat. Reipublicæ enim maxime interesse, nemo inficias ibit, ne contagiosi, latrones, violatores pacis publicæ, item vagi milites, herrenlose Knechte/ cingari & ejusmodi farinæ homines in republica tolerentur, quem finem consequi non posset magistratus, si stabularii ac caupones cunctos sine discrimine recipere cogerentur. (b)

§. XXIII. Occasione porro allegat. leg. 1.  
Naut. caup. stabul. ubi Ulpianus illas perso-  
nas

---

(a) l. 3. §. 1. de recept. qui arbitr. l. 17. §. 1. commod.

(b) Carpz. p. 1. Conf. 30. def. 30.

nas recenset, contra quas datur actio de recepto, quæstio movetur: an & illi teneantur de recepto, qui mercatoribus in nundinis hospitium præbent, nec non ii, qui gratis & non pro mercede res receperunt? v. g. Si amici bona ab amico fuerint recepta, & iisdem damnum aliquod fuerit illatum? Quoad priorem quæstiōnis partem negativa nobis placet, quia in hisce omnis professio, & inde veniens suspicio cessat, quæ præcipuam causam Prætori dedit, ad actionem de recepto introducendam. De iis vero, qui gratis & non pro mercede res receperunt, dubitare quis posset. Evidem non ignoro verba Pauli Jcti, qui ita de hoc casu sentit: (*a*) licet, inquiens, gratis navigaveris, vel in caupona gratis diverteris, non tamen in factum actiones tibi denegabuntur. Attamen, si accuratius paulisper hæc examinemus verba, de stabulariis ac cauponibus ibi esse sermonem, facile appareat, & tunc quidem dari tibi actionem contra eum, vult Jctus, licet gratis ibi fueris receptus. Sed si amicus res turas receperit, hæc vero sine ejus culpa ablatae, seu iisdem damnum aliquod illatum fue-

sic,

---

(*a*) Lib. VI ff. Naut. Caup. þabal, &c.

rit, contra hunc denegari tibi actionem de-  
cepto, quia hic exercitor non est; Competit  
tamen hoc casu actio depositi contra deposita-  
rium. (a) Parilem esse rationem in iis, qui stu-  
diosos in Academiis domo receperunt, itidem  
eruditus demonstrat Lauterb. loc. cit.

§. XXIV, An denique aurigae sub edia-  
cto de receptis contineantur? magna quoque  
est controversia. Affirmativam sententiam  
probat Ulpianus (b) his verbis: si quis de na-  
ve vi dejectus est, hoc interdicto locus non est:  
argumento ejus, qui de vehiculo detractus est,  
quam nemo dixit interdicto hoc uti posse: quo  
loco is nautas & aurigas conjungit. Et por-  
ro l. 14. ff. de furtis in fin. illi homines  
cauponibus comparantur, qui mercedem ac-  
cipiunt rei perferendæ, quid ni ergo etiam  
aurigæ? Argumentum affirmans porro esse  
potest, quod aurigæ, æque ac stabularii &  
caupones, malæ famæ moribusque dissolu-  
tissimis esse soleant: hinc Caspar Klock (c)  
ita de hoc hominum genere scribit: *Et au-*  
*ri-*

---

(a) Conf. omnino Lauterb. Disputat. Synopt. ad Tit. ff.  
Naut. Caup. & stabl. §. 23.

(b) L. I. §. 7. ff. de d. vi ac vii armata.

(c) in Tr. de arar. L. VII. cap. 57. n. 4.

rigas, dixit Ludouicus Vives, feces terra; sed  
nautas, maris: genus plerunque petulans &  
bibulum &c. imo illos olim fuisse infames,  
ibid. n. 3. addit. Si ergo Praetor ad coercen-  
dam cauponum & stabulariorum malitiam illud  
edictum promulgauit, uti ex l. 3. §. 1. ff. Naut.  
Caup. &c. constat, cur non æque contra au-  
rigas, res nostras recipientes? quia huius pro-  
mulgati edicti apud aurigas, ob eorum maliti-  
am, par est cum cauponibus ratio. Hinc in  
statutis Lubecensibus sequens expressa lex in-  
venitur: Wird Schiffen/ Fuhrleuten und  
andern Gut überzubringen vertrauet/ lie-  
fert er dasselbe nicht vollkommenlich an den  
Ort/ dahin er es bringen sollte/ sondern  
verleugnet ein Theil Gutes/ welches her-  
nachmahl bey ihm besunden wird/ man soll  
ihn straffen als einen Dieb.

§. XXV. Pro negativa vero sententia  
rationes pugnant sequentes: 1) Praetor in edi-  
cto saepius iam allegato, non aurigarum, sed  
stabulariorum, ac cauponum mentionem fecit,  
quod tamen commodissime facere potuisset  
l. 1. §. 2. ubi personæ recensentur, contra quas  
hoc prætoris edictum promulgatum est, ubi. *Qui*  
*E sunt*

*CAPITULUM*

sunt igitur, inquit, qui teneantur, videndam est: & tunc in sequentibus periodis recenser nautas, capones ac stabularios; imo cum  
 §. 4. adhuc lintrarios & exercitores ratiū  
 eodem edicto teneri, Vlpianus adponat, quamvis illi expresse non sint ibi recensiti, aurigarum  
 tamen nec ibi, nec in ullo juris civilis loco,  
 hac in parte sit mentio, quod hoc prætoris  
 edicto ex delicto teneantur. Quare ne-  
 gatiua nobis in genere placet, quamvis  
 non negemus, per singularia huius vel illius lo-  
 ci statuta aliud interdum observari. Non de-  
 ficerent quæstiones plures, quas hic commo-  
 de possemus ventilare; sed quia id ipsum non  
 dissertationem sed volumina constitueret, in his  
 subsisto, & ad tertium caput me conuerto, ca-  
 sum tamen lectu dignissimum recenser Struv.  
 in Dec. Sabbath. Cap. XXVII. Dec. 7. qui ibi  
 prolixius legi potest.

**CAPUT**

BS (39) Sc  
CAPUT III.

DE

ACTIONIBUS OCCASIONE  
STABULORUM COM-  
PETENTIBUS.

CONTENTA HUIUS CAPITIS.

Connexio cum capite praecedente §. I. due recensentur ac-  
tiones a pretore contra stabulorum exercitores divul-  
gatae §. II. Cuius contra quos haec due dentur actiones?  
§. III. actio de recepto, an ex quasi, an ex vero con-  
tractu veniat? queritur, et eorum adducuntur ratio-  
nes, qui ex quasi illam venire contractu, afferunt §. IV.  
eorum probationes adducuntur, qui illam ex veri con-  
tractu descendere autemant §. V. Refutantur horum  
argumenta §. VI. Stabularius quid hac actione de re-  
cepto conventus, restituat, §. VII. questio an teneat-  
tur stabularius, si non ipse, sed alius quispiam ex fa-  
milia res viatorum recepit, ventilatur §. VIII. lex  
qua obstat videtur dictis in §. VIII. conciliatur §. IX.  
Non tenetur stabuli exercitor, si res viatoris extra sta-  
bulum fuerint amissa §. X. Nec tenetur idem, ob ca-  
sum fatalem et vim maiorem §. XI. Nec tenetur si  
contra damni prestationem fuerit protestatus §. XII. an  
teneatur stabularius actione de recepto, si ignorave-  
rit res esse illatas? queritur et ad hanc questionem ne-  
gative resp. §. XIV. Verba Lauterbachii que videntur  
nostra sententia obstat, conciliantur §. XV. Si sci-

verit exercitor stabuli res esse illatas , an tunc teneatur ? distingvendo respondetur §. XVI. Non consulatum est speciatim assignare res suas stabulorum exercitoribus §. XVII. secunda actio , qua in factum dicitur , proponitur , & quibus in partibus cum hac de recepto conveniat , ostenditur §. XVIII. quid hujus actionis fundamentum & quo ejus ab actione de recepto sit differentia , docet §. XIX. Stabularium , dum latam culpam admittit , dolose simul agere , probatur §. XX. hac actio , quamvis honoraria & pœnalis est , tamen datur perpetuo §. XXI. cui hac actio datur §. XXII. Varii casus , ubi stabularii hac actione conveniri nequeunt adducuntur §. XXIII. & XXIV. limitantur hac §. XXIV. dicta in §. XXV. Non tenetur porro stabularius , si uxor vel liberi furtum commiserunt §. XXVI. an & in quantum adbuc hodie hac ex quasi delicto actio in foris obtineat §. ultimis XXVII. & XXVIII. ventilatur.

## §. I.

**P**Er illustratis haec tenus personarum & rerum ad stabula pertinentium juribus , nil amplius superest , quam ut actiones exinde profluentes accuratius consideremus.

§. II. Duas nobis proposuit prætor actiones in suis edictis desuper divulgatis , scilicet actionem de recepto , & in factum. Illa , alio sensu generaliori etiam vocatur actio in factum ,

factum, secundum Ulpianum, (a) qui ex hoc edicto in factum actionem proficisci dicit. Quo ad originem, est prætoria, a Prætore quippe introducta (b) & quatenus descendit ex quasi contractu, (c) sine dubio eam vocaveris personalem, quæ Ulpiano afferente (d) rei continet persecutionem, exclusa omni poena, quippe odiosa.

§. III. Datur hæc actio vectoribus, seu viatoribus, res in stabula inferentibus, ut eo securiores de rebus suis esse queant, (e) nec non eorum heredibus (f) contra stabulorum exercitores, & illorum heredes, (g) atque perpetuo, secundum verba modo allegatae legis: Hæc autem rei persecutionem continet, & ideo in heredem quoque & perpetuo dabitur.

§. IV. De actione personali diximus quidem, illam ex quasi contractu descendere; sed JCTi varii in diversas abeunt sententias. Imo

(a) l. 3. §. 1. ff. Naut. Caup. stab.

(b) pr. l. 1. ff. dieti tituli.

(c) Lauterb. Comp. Jur. Civ. ad Tit. Naut. Caup. stab.

(d) l. 3. §. 4. ff. cit. titul.

(e) pr. ff. Naut. Caup. stab.

(f) Lauterb. cit. loc. & Struv. in Syntagm. Jur. Civ. p. 298.

(g) l. 3. §. 4. ff. Naut. Caup. stab.

ipse Lauterbachius, cuius compendium superiore §. II. ad stabiliendam nostram sententiam allegauimus, alibi quoad hanc questionem ha-  
ret anceps, quamuis alio in loco non ex vero,  
sed ex quasi contractu hanc actionem proficisci  
asseruerit. In sua enim Dissertatione synoptica  
ad Tit. ff. Naut. Caup. & stabul. §. 22. ita  
dubiam suam mentem circa hanc materiam de-  
clarat, Illud inquiens: *predictæ sententiae (acti-*  
*onem scil. de recepto ex quasi contractu de-*  
*scendere) magis obstare videtur, quod tacita*  
*& præsumta ejusmodi receptione & promissio res*  
*salvas fore, ex se & sua natura non habeat*  
*dim obligationem efficacem & actionem produ-*  
*cendi.* Attamen argum. l. i. pr. ff. Naut. Caup.  
& stabul. ubi Ulpianus in stabulariorum arbi-  
trio esse dicit, ne quem recipient, hanc de re-  
cepto actionem non ex vero, sed ex quasi con-  
tu proficisci, probari facile potest: sciunt enim  
stabulariorum exercitores, grave hoc contra se  
promulgatum edictum praetoris, adeoque nec  
ignorant, quod per receptionem tacite pro-  
missione a legibus præsumantur, equos & res  
eo pertinentes salvas fore, dummodo res in  
ipsorum stabula, etiam sine speciali assignatio-  
ne,

ne, fuerint illatae (a) Itaque si hujus editi optime concii nihilominus recipiant viatores, ex tacito consensu & ex quasi contractu censentur obligati. Quam opinionem ceu probabiliorum, amplexi sunt JCti eruditione & experientia praestantissimi, Brunnemanus, (b) Struvius, (c) Anton. Faber, aliquique plures, quos brevitaris studio allegare haud libuit.

§. V. Contrariæ adstipulantur sententiæ & actionem de recepto ex vero oriri contractu, asterunt inter antiquiores JCros, Oldendorpius (d) & Cajacius; (e) inter recentiores, Bachovius, (f) quem Stypmannus (g) secutus est. Et ille quidem citato loco ita hac de re mentem suam explicat, scribens: *sed quomodo ex quasi contractu?* *Quasi enim contractus differentia propria est tacita convencio:* hic autem utique caupo (adeoque & stabularius) tenetur ex conventione expressa *&* ex recepto,

(a) *Lege r. S. 8. ff. Naut. Caup. Stabul.*

(b) *Comment. in ff. ad l. 1. ff. Naut. Caup. Stabul. n. 2.*

(c) *in Synagm. Iurispr. Exerit. 8. ib. 108.*

(d) *de action. Class. 7. actione 5. n. 2.*

(e) *ad. Lib. 22. Paul. Edicti, leg. licet gratis ff. b. t.*

(f) *in Comment. ad L. 1. S. 1. b. t. p. 1292. & 1296.*

(g) *In tractatu de Iure maritimo p. IV. t. 15. n. 266.*

*Ergo ex vero contractu.* Et Stypmannus loc. cit. idem his verbis statuit: *diximus supra n. 168. actionem de recepto esse ex deposito, unde sequitur, quod exercitor (v. gr. stabuli) qui ex recepto tenetar, non ex quasi-contractu seu tacita conventione, uti Antonius Faber ad b. t. existimat, sed vero, hoc est expressa conventione, obligetur, eaque vel depositi, si gratis vectores trajiciat, vel locati, si pro certa mercede.*

§. VI. Ast horum argumenta rem non conficiunt. Bachouius enim rem petit, quæ est in principio, illamque loco rationis concludendi, substernit, a qua methodo non multum abit Stypmannus. Imo, si accesserit stipulatio, aut alia conventio expressa, prout interdum nonnulli rerum ac equorum expressam custodiam sibi stipulantur, concedimus eo casu ex vero contractu oriri actionem de receptis. Si cui volupe, poterit prolixiorem & solidissimam Bachovii & Stypmanni legere refutationem, in §. 21. *Diss. Synopt. Lauterb. ad Tit. ff. de Naut. Caup. stabul. add. Stryckius in Annotat. succinctis ad Lauterb. Compend. Juris in notis ad eund. tit. vocab. ex vero.*

## §. VII.

§. VII. Stabularius itaque actione de re-  
cepto conventus, siplum tantum restituit, ar-  
gum. l. 3. §. 4. Naut. Caup. Stabul. Ait ibi Ul-  
pianus, quod hæc actio de recepto detur in  
heredem & perpetuo, ac tantum rei contineat  
persecutionem. Ex quo clarissime elucet, hanc  
actionem non esse pœnalem, utpote quæ non  
datur in heredes, nec perpetuo. (a) Præstat  
autem is omne damnum, siue leui, siue leuis-  
sima culpa datum sit, imo si nullam plane  
culpam admiserit, (b) nam secundum verbæ legis  
allegata, hoc edicto omnimodo qui recipit,  
tenetur, etiamsi sine culpa res perierit. Si ita-  
que ei restituit, quæ sine ipsius culpa pereunt;  
multo magis ad earum rerum restitutionem  
tenetur, in quibus aliquam, levem vel levissi-  
mam culpam admisit. Unde deterioris sta-  
bularius conditionis est, quam Depositarius  
& Conductor; ille namque culpam duntaxat  
latam, hic levem, neuter autem leuisimam  
præstat (c)

§. VIII. Dubium quoque oritur, an  
F tunc

(a) Lib. 7. §. 6. ff. l. c.

(b) l. 3. §. 1. circa fin. ff. l. c.

(c) Stryk. Us. Mod. b. s.

tunc teneatur stabularius, si non ipse, sed ali-  
us quispiam ex sua familia, res recipit via-  
torum? Et Lauterbachius quidem (a) non te-  
neri, recte existimat cum Struvio (b) aliisque  
JCtis celeberrimis, quod & expressa Ulpiani  
verba confirmant (c) ubi ita JCtus dicit: Cæ-  
terum, si qui opera mediastini fungitur, non  
continetur; ut puta atriarii & focarii & his si-  
miles. Sibi non constare Lauterbachium, fa-  
cile conjecterit, qui illa verba loco allegato cum  
illis contulerit, quæ paulo ante inveniuntur,  
dicens: *& res sive per se sive per alium recipit:*  
At vero omne dubium submouet B. Stryckius  
*in notis hic: voc. per alium.* Nam per hunc  
alium, ejusmodi hominem vult intelligi, qui  
ad res recipiendas in specie a caupone est con-  
stitutus. Hanc sententiam idem vir celeberrimi-  
mus in sequentibus confirmat, non ergo, in-  
quiens, tenetur caupo, (idem de stabulariis  
dicendum,) *si alii, ut ut ex familia ipsius, rem*  
*commiserit,* modo his non data fuerit potestas  
recipiendi.

## §. IX.

(a) *in Comp. Jur. Civ. p. 92.*(b) *Conf. hujus Decif. Sabbath. Dec. V.*(c) *L. I. §. 5. ff. Naup. Camp. Stabul.*

§. IX. Neque legi modo allegatae I. §. 5.  
*ff. Naut. Caup. Stabul.* obstat l. 7. in pr. l. c.  
 ubi Ulpianus, exercitorem omnium nautarum  
 suorum, sive liberi sint, sive servi, factum præ-  
 stare debere afferit. Per nautas enim in mo-  
 do allegata L. 7. ejusmodi intelliguntur homi-  
 nes, qui ad recipiendas res vectorum sunt con-  
 stituti, & tunc quidem omnino tenetur exerci-  
 tor, per rationem verbis allegatis in dicta le-  
 ge adiectam, nimirum quod eorum facta me-  
 rito præstet, cum ipse eos suo periculo adhi-  
 buerit. Mediastinus vero, cuius §. 5. l. 1. *ff.*  
*d. t.* mentionem facit, non hominem ad reci-  
 piendas res viatorum constitutum, sed ejusmo-  
 di indicat servum, qui unicuique viatorum in-  
 servit, & ad ea facienda in medio januae semi-  
 per adstat, expectans quæ viatores ipsi forte  
 sunt mandaturi, ideoque, quia non expresse ad  
 recipiendas res constitutus est, ipse exercitor  
 hujus facto nequitiam tenetur.

§. X. Non vero tenetur stabularius, si  
 extra stabulum res huic illatæ perierint, *arg. l.*  
*2. ff. dict. tit.* Ibi enim Ulpianus non aliter  
 custodiam præstare exercitorem dicit, quam si  
 in ipsa nave damnum datum fuerit: Cæterum

F. 2 adji-

adjicit, si extra navem, licet a nautis, damnum sit commissum, id non præstabit.

§. XI. Non etiam tenetur stabularius ob casum & viam majorem illatam, l. 3. §. 1. in fine tit. alleg. ubi Ulpianus idem esse dicendum adjicit, (nimur exceptionem dari nautæ) si in caupona sive stabulo vis major contigerit: quem tamen casum fatalem, ut & quod vi majori res perierint, exercitor tenetur probare (a) & e contrario viatori incumbit probatio si ille dicat, casum fatalem culpa stabularii venisse, quia ei qui dicit, non qui negat, incumbit probatio. (b)

§. XII. Non tenebitur porro stabularius, si prædixerit viatoribus, ut unusquisque rebus suis ipse prospiciat, & si de damni præstatione fuerit protestatus (c) Dummodo consenserint prædictioni viatores aut equorum possesseores. Alias enim protestatio, quæ non a sola voluntate protestantis, sed ab alterius simul dependet consensu, non potest producere juris effectum aut quicquam operari. (d) Prote-

statio

---

(a) L. 2. C. de naufrag.

(b) L. 2. ff. de Probat. & Præsumpt.

(c) pr. l. 7. ff. Naut. Caup. stabul.

(d) Carpz. Part. I. Dec. 75. n. 8. seqq.

statio tamen habetur pro valida, si viatores non contradixerint, adeoque tacitum consensum demonstraverint. Tacens enim, in primis ubi factum intercedit, ex quo consensus possit elici, pro consentiente habetur. (a)

§. XIII. Posset hac occasione quæstio moveri, an hospes talem protestationem de damno non præstanto teneatur admitere? Et licet hac de re multa disputari queant, brevibus tamen nostram hac de re mentem sumus declaraturi, cum illustri VVissenbachio (*b*) existimantes, in actione, quæ ex hoc quasi contractu, non in ea quæ ex quasi delicto oritur, protestationi huic deferre debere vectores, & illos qui in stabulis sunt recepti.

S. XIV. Non minus utilis ventilari heic  
potest quæstio, an eo casu, quo ignoravit sta-  
bularius, res esse illatas in stabulum, institui  
queat contra exercitorem de recepto actio?  
Nobis arridet negativa, quoniam hæc ignoratio  
non juris est, sed facti, ideoque excusat: quid?  
quod viator ipse sibi tunc imputet, quod stabula-

(a) L. 5. C. "de recept. arbitrar. add. Hahn. ad Wesenb. Tit. d. Paet. p. 393.

(b) Exercit. ad Tit. ff. Naut. Caup. Stabul. n. II.

no res haud tradiderit custodiendas. Damnum enim quod quis sua culpa sentit, non sentire intelligitur. (a) Quibus rationibus commotum collegium juridicum Jenense, sequens dedit responsum circa hanc materiam, In G. M. Wirthen zu R. Hat ein Fuhrmann/ so ohnlangst neben andern Fuhrleuten und Kärnern bey euch zur Herberge eingezogen/ des Nachts als er in der Stuben samt andern Gästen sich aufs Stroh zur Ruh geleget/ eine Tasche mit etlichem Gelde verloren. Ob nun wohl der Schösser zu E. auf euch dringet / dem Fuhrmann solchen Verlust abzutragen / und das Geld zusamt der Taschen wieder zu verschaffen. Dennoch aber / weil euch ein öffentlich Wirths-Haus zu halten auferleget / und durch den Fuhrmann nichts zu verwahren gegeben oder zu euern Händen zugestellet; so kommt ihr auch dieses Verlusts von ihm nicht belanget / vielweniger zu Bezahlung desselben angehalten werden.

§. XV. Huic sententiæ non, nisi apparenter adversatur Lauterbachius. (b) Nam licet

(a) L. 203. ff. de R. J.

(b) l. c. p. 92.

cet ibi opinetur, quod sufficiat scire aut scire  
debere exercitorem, res esse illatas, nec speci-  
alem requiri assignationem; tamen hanc asser-  
tionem non ita nude accipiendam, sed limita-  
tione restringendam censuerunt viri eruditii, (a)  
modo sc. exercitor illud scire potuerit. Si er-  
go non potuit scire, per rei & justitiæ naturam  
ad eam servandam haud potest adstringi. Hinc  
ob res, quas quis clam apud se habuit pretio-  
sas, licet in stabulum illatas, ac furto ablatas,  
non dari solet actio, ideo, quod exercitori de-  
iis non potuerit constare. (b) Nec obstat l.r.  
§. 8. ff. *Naut. Cap. Stabul.* Hæc namque  
loquitur de assignatione speciali rerum viatoris,  
quæ, licet non facta, tamen exercitorem obli-  
gat ad restitutionem rerum in stabulo amissa-  
rum, quas scire potuit illatas.

§. XVI. Si igitur stabularius res illatas  
esse sciverit, tunc distinguitur, an illæ a viatore  
in locum congruum, an minus congruum, in  
stabulum fuerint depositæ. Et priori quidem  
casu actionem de recepto denegandam, po-  
steriori autem omnino dandam judicamus,

quo-

(a) Conf. Struv. Dec. Sabbath. CXXIX. Dec. IX. p. 362.

(b) Stryk. in not. bīc. ad Lauterb. Comp. Jur.

quoniam hoc casu scire potuit ac debuit exercitor, locum congruum, in quem res depositæ aut jumenta deducta erant.

§. XVII. Non tamen opus, (a) nec consultum esse videtur, res suas specialiter exercitoribus assignare aut indicare, quia alias & vitæ & bonorum periculo sese exposituri essent viatores. Cæterum id adhuc notandum est, admitti aliquando actorem ad juramentum in litem, argumento desumpto ex l. i. §. 26. *Depos.* ut si v. g. res arcæ inclusæ, ablatæ, postea arca aperta, inventæ fuerint, alioque modo rerum ablatarum pretium ac quantitas demonstrari non posse, admittitur enim tunc actor ad juramentum. (b) Pertinet huc illud responsum facultatis juridicæ Jenensis contra cauponem civitatis R. Dass beflagter Gastwirth die liquidirten Sachen / so Klägern im Gaste hofe entwendet worden / wieder zu verschaffen / oder den werth derer selben / wenn Kläger denselben endlich bestärcken wird / nebst den verursachten Unkosten / auf vor herge-

(a) *Lib. i. §. fin. ff. Naut. Caup. Stabul.*

(b) *Conf. Speidel. Spec. Jurid. p. 1367.*

gehende liquidation und richterliche Maßigung ihm abzutragen schuldig V. R. W.

§. XVIII. Secunda actio; quam prætor Romanus contra stabulorum exercitores & ad coercendam horum malitiam dederat, actio dicebatur in factum, ideo, quod nomine carebat specialiori. Convenit maxima ex parte cum actione priori de recepto, pari quippe ratione a prætore introducta (a) atque in personam exercitoris datur, (b) & est rei persecutoria, mixta, quia, secundum Lauferbach. *Disput. Synopt.* §. vlt. duplum, quod hac actione ex quasi delicto instituta exigitur, non pœnam duntaxat, sed & rem simul persequitur.

§. XIX. Hujus ab actione de recepto differentia in eo consistit, quod, uti modo diximus, ad duplum detur. (a) Ex quasi enim maleficio (d) proficisci dicitur, qua ipsi exercitori delictum, quod non quidem ipse

G com-

(a) L. 6. pr. ff. N. C. & St.

(b) Conf. Struv. *Syntagm. Jur. Civ. Exerc. VII.* §. 107.

(c) Lib. VII. §. 1. ff. loc. cit. & §. 2. l. vn. ff. furti adv. *Naut. Caup.* & *stabul.*

(d) Conf. §. fin. J. de O. quæ quasi ex del.

commisit, ideo imputatur, quia suo periculo ejusmodi homines ad recipiendas res viatorum constituit, quorum fidem antea non melius exploraverat. (a)

§. XX. Et hæc quidem ratio, quamvis durior videatur, nobis tamen ideo placet, quando consideramus, stabularium eo ipso simul dolose videri agere, vel saltem latam admittere culpam. Celsus enim in l. 32. ff. De- pos. Nervæ approbat sententiam, qui latior rem culpam dolum esse existimat, qnamvis, uti ibi ait, id Proculo displicuerit.

§. XXI. Habet porro hæc actio ex quasi delicto hoc singulare, quod utut honoraria & penal is sit, quæ annalis saltem esse solet; tamen perpetua esse dicatur, secundum §. 5. l. 7. ff. Naut. Caup. Stabul.

§. XXII. Datur vero hæc ex quasi delicto actio viatoribus, qui res suas in stabula intulerunt, eorumque heredibus, (b) non

---

(a) Conf. pr. l. 7. ff. Naut. Caup. Stabul.

(b) Conf. l. vth. 3. de Obl. que ex quasi del. Et §. 1. 7. de perpet. Et tempor. action. nec non C. J. A. b. t. 1b. 19.

tamen contra stabulariorum heredes. (c) Ceterum & hic omnia requisita, quæ circa actionem de recepto superioribus periodis. X. & seqq. notavimus, probe sunt observanda; debent enim res in locum congruum positæ esse, & quæ alia plura ibi adduximus notatu digniora.

§. XXIII. Non itaque huic actioni locus erit, si in locum minus congruum res suas deposuerit viator; nec si de damni præstatione protestatus fuerit exercitor stabuli (b) ubi tamen consensus ad minimum tacitus adesse debet viatorum, v. g. si non contradixerint protestationi, quæ fuius supra §. XXII. monuimus.

§. XXIV. Argumento porro §. 2. l. 7. ff. Naut. Caup. Stabul. ubi navium exercitores a damni præstatione liberantur, si sibi ipsis invicem nautæ damnum intulerint; idem quoque circa stabularios observandum esse, nec teneri exercitorem stabuli ad resarcendum da-

G 2

---

(a) Conf. l. ult. ff. Naut. Caup. Stabul. & §. ult. Inst. loc. cit. nec non Colleg. J. A. loc. cit. ib. 20.

(b) pr. l. 7. ff. loc. cit. & C. J. A. loc. cit. ib. 20.

minum arbitramur, si stabularius, (qui jam nobis ein Stallknecht audiat) stabulario dannum intulerit.

§. XXV. At vero hæc ipsa lex modo allegata, sicut illa, quæ de nautis disposuit, paulo post limitat, & navis exercitorem ad damni præstationem teneri afferit, si nautæ ejus simul quoque mercatores fuerint; ita argu-  
mento hujus legis concludimus, stabuli exerci-  
torem tunc quoque ad damni præstationem te-  
neri, si ejus stabularii simul quoque fuerint ne-  
gotiatores, & cum ipso exercitore societatem  
circa equos emendos vendendosque iniverint.

§. XXVI. Diximus paulo ante, hujus ac-  
tionis fundamentum esse quasi delictum, cum  
exercitor stabuli suo periculo ejusmodi homi-  
nes adhibuerit, quorum fidem antea non me-  
lius exploraverat. Cessante ergo hoc funda-  
mento, nimirum quasi delicto, effectum quo-  
que cessare, adeoque huic actioni locum haud  
esse, conjicio: Id quod tunc accidere arbitror,  
si furtum ab ejusmodi hominibus fuerit com-  
missum, quos exercitor non libere eligere, ide-  
oque eorum fidem antea examinare non po-  
tuit. Ut ecce, si uxor vel liberi stabularii fur-  
tum

§ 53

tum commiserint, hæc contra stabularium actio  
non competit, ex ratione, quod illas sponte re-  
cipere, & eorum fidem antea experiri haud  
potuerit, adeoque quasi delictum, quod hu-  
jus actionis fundamentum est, non commiserit.  
Quemadmodum enim exercitor stabuli, da-  
mnum a viatore viatori datum ideo non præ-  
stat, quia viatores sibi eligere non videtur, (a)  
ita, nec teneri videtur exercitor, si liberi aut  
ipsa uxor furtum perpetrarunt, quippe quorum  
fidem, uti viatorum, non videtur eligere. Adde  
*Disp. Synopt.* Lauterb. ad b. t. §. 60. & 61.

§. XXVII. Cæterum has de recepto, &  
ex quasi delicto actiones elective olim adhi-  
buerunt ii, quorum rebus damnum ex stabu-  
lariorum culpa erat illatum, nec dubium est,  
actionem de recepto adhuc hodie esse in usu.  
An vero hæc ex quasi delicto, adhuc in foris  
hodiernis obtineat, non desunt qui dubitent.

§. XXVIII. Sic enim Grœnevvegen ad  
b. t. & in rubr. ad Tit. C. de pœnis, nec non ad  
§. 5. f. de Obl. quæ ex del. nasc. actores id tan-  
tum, quod ipsis ex bonis deest, ac solum fi-

G 3 scum

(a) §. 3. l. 6. Naut. Caup. Bab. & §. fin. leg. vn. ff. furi  
adversus Naut. Caup. & Bab.

scum poenas persequi , atque sic hanc hodie  
actionem exolevisse dicit, quo cum Vinnius ad  
§. ult. J. de Oblig. quæ ex quasi del. nasc. con-  
sentit. At vero, cum nulla expressa lex, nec  
in Jure Civili nec alio quolibet, inveniatur,  
quæ hanc abrogaverit actionem , in desuetu-  
dinem illam potius in hac vel illa regione abi-  
isse, quam penitus exolevisse, dicere mallem,  
atque fundatam habere intentionem autu-  
mamus , qui hanc in foro instituit. Unde &  
cuto concludere licet , illi incumbere proba-  
tionem , qui negat, actionem modo  
commemoratam usu hodierno  
obtinere.

F I N I S.



Johan-

# JOH. ALEXANDER

Comes a Callenberg,

*Doctissimo hujus Dissertationis  
Auctori.*

S. P. D.

C Athedram nunc scandis juri-  
dicam, Nobilissime Domine  
GLIMPERE, Tuam aliis proba-  
turus eruditionem. Rectissime  
nimirum judicas, quod nulla fe-  
re eruditio sit, quam nobis solum  
sapientes aliis volumus incogni-  
tam. Præclare idcirco Poëta ca-  
nit :

*Scire Tuum nihil est; nisi Te sci-  
re hoc sciat alter.*

Sed quanto verior hæc sententia,  
tanto majori laude digna est o-

H pera,

pera quam non in elaboranda  
modo , sed publice defendenda  
Disputatione collocas. Cogno-  
scent inde omnes doctrinam  
Tuam insignem , patriæ quo-  
que , & Parentis honoratisimi  
Ipes , quas in Te habent positas,  
non inanes fuisse , videbunt.  
Gratulantur Tibi proinde , quot  
quot eruditionis Tuæ testes sunt;  
neque ego hanc de eleganti Tuæ  
eruditionis specimine gratulandi  
occasionem dimitto , quem de-  
inceps , ut hactenus , amare  
pergas. Vale.

Dabam Jenæ die 6. Mens.

April. 1713.

H

Sic

\* \* \*

**S**Ic studiis GLIMPERE Tuis in-  
cumbis ut aptè  
Virtutum possis æmulus esse  
Patris.

Perge, queas tandem dici possel-  
for earum  
**H**oc est, quod fratrum, par  
Tibi, Amice, vovet!

Ita Nobilissimo atque egregiè do-  
cto Domino Respondenti, Ami-  
co coniunctissimo dilectissimo  
que, de erudito hoc specimi-  
ne, quo studia sua cum laude  
coronat, animitus gratulantur.

**J**ohannes Rügerdh/ D.  
**J**oh. Gothof. Rügerdh/ LL. St.

---

**E**n vielen ist es Wind die sich Gelehrte  
düncken/  
Da ihre Wissenschaft auf schlechten Fuß  
se steht/

**H** 2      Die

Die Sachen können sie mit leeren Worten  
schmincken/  
Die doch ein kleiner Wind des Gegners  
leicht verweht.  
Du schreibest/WERTHER FREUND/  
hier wohl gelehrt Sachen/  
Die in den Rechten selbst ganz fest ge-  
gründet sind;  
Drum ieder/der sie liest/wird diesen Schluß  
bald machen:  
Hier ist die Sache selbst / hier ist kein lee-  
rer Wind/

Mit glückwünschender Feder wollte dieses  
seinem Hochwerthesten Freunde zu Eh-  
ren sezen

T. K.

---

WEM Deine Renomme MEIN  
FREUND noch nie bekannt/  
Dem giebt Dein Specimen sie vollends an  
die Hand/

In-

Indem fast jedes Wort mehr als zu wohl  
erweist /  
Dß Du / weil es geschickt / gewiß ein  
GLIMPER seyst.

Mit diesen wollte abwesend in Eyl gratu-  
liren

Christ. Salom. Zapf, M.

---

Es Frühlings angenehme Lust  
Spielt zwar mit tausend Seltenhei-  
ten /  
Sie kan der Ohnmacht vollen Brust  
Ein neues Labsal zubereiten /  
Doch dieses muß man auch gestehn /  
Hier wird man selten Früchte sehn /  
Die uns in unsern armen Leben /  
Die höchst gewünschte Nahrung geben.  
Im Sommer ist sonst erst die Zeit /  
Da wir nach reissen Früchten fragen /  
Und Gottes theurer Güttigkeit  
Ein Lob vor seine Gaben sagen /  
Des Herbstes Güte zeigt auch an /  
Wenn Sie Ihr Füllhorn auffgethan /

H 3            Dß

Das GOTTE bis zum verlebten Jahre /  
Die allerbesten Früchte spahre.

MEIN GEIMPER Dein berühmter  
Fleiß

Will schon in Seinen Frühlings-Tagen  
Nicht nur ein schönes Blumen-Reiß /  
Nein / gar die besten Früchte tragen.  
Drum schreibt die Welt das Omen auf  
herr GEIMPERs werther Sommer-  
Lauff

Wird ein Vergnügen dieser Erden /  
Der Herbst zum vollen Wunder werden.

Mit diesen wollte den Herrn Responden-  
ten zum rühmlich abgelegten Specimine  
herzlich gratuliren desselben verbunde-  
ne Diener

C. H. N.

Und

J. A. M.







94 A 7367

ULB Halle  
002 415 674

3



Sb.

KD78  
VD17





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



Q. D. B. F.  
25  
SSERTATIO JURIDICA  
DE  
**STABULORUM,**  
AM DIVINA ASSISTENTE GRATIA  
ACADEMÆ MAGNIFICENTISSIMO  
SSIMO PRINCIPÆ AC DOMINO  
**WILHELMO HENRICO,**  
JUL. CLIV. MONT. ANGAR. ET WESTPH.  
ET RELIQUA  
TUS ISENACENSIS HEREDE  
SUB PRÆSIDIO  
STRIS ATQUE EXCELLENTISSIMI  
**CHRISTIANI WILDVOGELII,**  
JECTI CONSUMMATISSIMI,  
ICHI ISENACENSIS A CONSILIIS INTIMIS, CU-  
ALIS ET SCABINATUS ASSESSORIS, FA-  
IRIDICÆ SENIORIS, JURISPUBLICI, FEU-  
ODICIS AC NOVELLARUM PROFES-  
SORIS ORDINARI,  
NI AC PRÆCEPTORIS SUI ÆTA-  
TEM DEVENERANDI  
Publico Eruditorum examini submittit  
A. & R.  
**CHRISTIANUS MAURITIUS WILHELMUS**  
Merseb. Saxo.  
d. Aprilis Anno Christi. M D CC XIII.  
JENÆ, Typis Mullerianis.